

adeoque priuari non potest Jure suo: Perez vero disp. 91 sect. 11. cum distinctione procedit, dicitque, quod resiliere possit, si iniens sponsalia habuit reflexionem ad aequalitatem divitiarum, vel bonorum: & contra resiliere non posse, si sine reflexione ad dicta contraxit propter aliam causam, quae adhuc perseveret, v. g. ob specialem formositatem, seu pulchritudinem, & hujusmodi; quae opinio satis placet, quia promissio non obligat ultra intentionem promittentis, siquidem Actus agentium non operantur ultra voluntatem eorum, arg. l. Non omnis 19. ff. de rebus creditis, si certum petatur, & de conditione, cap. Cum olim 38. de praevidendis, in his videlicet, quae dependent ab intentione agentium, uti sponsalia; & praesertim quia haec ex parte convenit cum secunda negativa sententia. (Vid. lit. B, pagin. 335. num. 29.)

118 Decimo, dissolvuntur sponsalia per superveniens impedimentum dirimens, v. g. per affinitatem contractam ex copula carnali habita post sponsalia cum consanguinea in primo, vel secundo gradu alteri sponsorum juncta; Communis; stante enim impedimento dirimente, nec licite, nec valide contrahi potest Matrimonium; Concil. Trident. sess. 24. de reformat. Matrimon. cap. 4. adeoque in tali casu sponsalia non obligant.

119 Tenetur tamen qui tale impedimentum sua culpa posuit, impetrare a Papa dispensationem suis sumptibus, si pars innocens velit; Communis; argum. l. Non fraudantur 134. §. 1. ff. de Regulis Juris, ubi expresse dicitur, quod nemo ex delicto suo meliorem suam conditionem facere potest: Ne, ut habetur in cap. Intelleximus 7. de Judiciis: Ne videatur de malitia sua commodum reportare. Nec pars innocens ad aliquam tenetur expensam, quia, ut expresse dicitur in cap. Cognoscentes 2. de Constitutionibus. Rem, qua culpa caret, in damnum vocari non convenit: Nec debet aliquis alterius odio praegravari; l. Non debet 74. ff. de Regul. Juris, & cap. Non debet de Regul. Jur. in 6. cum peccata suos debeant tenere Auctores; l. Sancimus 22. cod. de penis, c. Quaesivit 2. de his, quae fiunt a majori parte Capituli, (num. 78.)

120 Quando causa dissolvendi sponsalia est certa, per se loquendo, nulla de Jure communi requiritur Auctoritas Judicis ad dissolvenda dicta sponsalia, sive publica, sive occulta; Communis. Nullibi enim in Jure reperitur requisita ad id Judicis Auctoritas.

121 Potest tamen Judicis Auctoritas ad id requiri interdu per accidens, ut si sponsalia sint publica, & causa ea dissolvendi sit occulta, ratione scandali evitandi requiritur tunc Judicis interventus, ut notant communiter Doctores.

122 Et quando sponsalia sunt certa, causa autem ea dissolvendi dubia, de Jure, vel de facto, tunc necessario requiritur Judicis Auctoritas pro utroque foro; Communis. Et ratio est, quia cum unus sit in possessione sponsalium, non potest per alium ob causam dubiam privari: In pari enim causa potior est conditio possidentis, ut expresse habetur in cap. In pari 65. de Regulis Juris, in 6. & concordat c. Quod autem 5. de Jurepatronatus, cap. Ad aures 6. de Praescriptionibus. leg. Nemo 126. §. 2. ff. de Regul. Juris, & l. In pari causa 128. ff. eodem, ubi expresse statuitur: Quod in pari causa possessor potior haberi debet. Unde cum nemo Judex sit in propria causa, textu expresso in l. Generali unic. cod. Ne quis in sua causa judicet, vel Jus sibi dicat, necessario in dicto casu requiritur Auctoritas Judicis. (Verb. compensatio, num. 3. & lit. R, verb. Restitutio, ari. ult. num. 20.)

123 Judex in causis sponsalium, & Matrimoniorum est solus ecclesiasticus; Communis & certa, utpote definita a Concil. Trid. sess. 24. Canon. 12. ibi: "Si quis dixerit, causas Matrimoniales non spectare ad Judices ecclesiasticos, anathema sit."

124 Et quidem Jure ordinario in causis Matrimonialibus Judex competens est solus Episcopus; cap. Accedentibus 12. de excessibus Praelator. & Concilio Tridentin. sess. 24. de reformat. Matrimonii, cap. 27. verb. Ad haec, ibi: Causa Matrimoniales non Decani, Archidia-

coni, aut aliorum inferiorum Judicio, sed Episcopi tantum examini, & Jurisdictioni relinquuntur.

Nomine autem Episcopi hic intelligitur etiam Vicarius Generalis, etiam absque speciali ad id mandato; Communis; arg. cap. final. de Cognat. Spiritual. & c. 1. de frigid. & malefic.

Item Vicarius Capitularis, sede vacante; Communis: Ad ipsum enim transit ordinaria Episcopi Jurisdictio; c. Hi qui 11. cap. Cum olim 14. de major. & obedient. Cum similibus.

Judex autem laicus, seu secularis nullimode potest se ingerere in causis matrimonialibus; Communis: Ista enim sunt causae ecclesiasticae, & spirituales, in quibus Judex laicus, seu secularis nullimode, nec principaliter, nec incidenter cognoscere potest; cap. Decernimus 2. cap. Qualiter, & quando 17. de Judiciis, cap. Nullus Judicium 2. de foro competent. cap. Lator 5. cap. Causam quae inter 17. Qui filii sint legitimi, cum similibus.

Alia ad rem; Vide verb. Impedimenta Matrimonii, 128 verb. Matrimonium, verb. Sponsi, verb. Stuprator.

Sponsalia Judaeorum majorem tribuunt potestatem in sponsam, quam inter Christianos, ita ut corruptor alterius sponsae pro adultero habeatur, & adulterii poena puniatur: Benedicti. XIV. tom. 2. constit. 28. incip. Apostolici Ministerii §. 19. Hinc est, ut sponsus a Judaismo ad fidem christianam conversus, hujusmodi potestatis jure ad Baptismum offerre possit sponsam, quae sic oblata retinenda est, & probanda; Idem ibid.

Sponsalia apud Hebraeos inter sponsam ex una, & sponsae parentes, aut proximos agnatos ex altera parte contrahuntur, vocantur autem eorum lingua Tenaim; Idem ibid. §. 63.

Sponsalia Hebraeorum tunc valida, & rata censentur, quum in scriptis legaliter reddacta sunt, addita testium subscriptione, vel juramento coram testibus praestito inter partes conventas; Idem ibidem §. 65. & 66.

Sponsalia ita contracta non obligant mulierem desponsatam ad contrahendum matrimonium, sed si ipsa recuset, inobedientia erga parentes tantummodo arguitur, Idem ibid. §. 64. Si tamen copula post sponsalia sequatur, utraque pars adigitur ad contrahendum matrimonium, non tam vigore contractus, quam in poenam commissi reatus; Idem ibid. §. 67. Sponsalia etiam valida, ut praefertur, contracta, facile inter Hebraeos dissolvuntur auctoritate Rabbini, qui contrahentes a juramento absolvit, Idem ibid. §. 66.

Sponsus a Judaismo ad fidem conversus, si sponsam offerat ad Baptismum, contractum sponsalium probationes exhibere tenetur, Idem ibid. §. 69. Si probetur sponsalia juxta nationis suae mores contraxisse, sponsa ad Catechumenorum domum deferri debet, ibique quoadmodum oportebit, non tamen ultra quadraginta dies, retineri, & probari, Idem ibid. §. 70. Si autem probationes tales exhibeat, quae juxta Christianorum dumtaxat leges valida sponsalia evinceret; tunc mulier extra vicum, seu Ghetum, evocari, & in Ecclesia, aliove idoneo loco de amplectenda Fide interrogari debet; non tamen retineri, nisi conversionis spem ostendat, Idem ibid. §. 69.

Sponsalia coram Parocho, ac duobus testibus non celebrata, valida sunt, nec potest Episcopus irritare, Idem de synodo diocesana lib. 7. cap. 68. num. 1. & l. 3. notificat. 5. ubi afert ad id plura decreta Sacrae Congregationis Concilii. Vide superius num. 24. ubi jam dixi, ad valorem sponsalium non requiri praesentiam Parocho, & testium.

Sponsalia inita invititis parentibus, quamquam judicari possunt valida (juxta dicta supra num. 25.) illicita sunt tamen, & detecto dissensu parentum solvi possunt, etiamsi jurata sint, quod invicte probat Archiepiscopus Rossanensis D. Muscettola in dissertatione legenda in tom. 1. Operum Zauli ad statuta Paventiae: c. Inst. Eccl. 45. §. 15.

Si alteruter ex sponsis se ad alias partes transferat incio altero, admonetur est Superior ecclesiasticus, qui

qui tempus aptum assignet absentis, ut redeat, quo elapso si non pareat, vinculum dissolvitur. Ibid. §. 5.

140 Sponsalia absque interna voluntate exequendi promissa, dubium est, ut obligent; est tamen grave peccatum sic promittere. Ib. §. 16.

143 Promissio de praesenti absque praesentia Parocho, & testium, neque valet ratione matrimonii, neque sponsalium, ut ex pluribus decretis Sacrae Congreg. ibidem §. 24.

(Haec materia satis superque ex tit. 1. usque ad 10. p. 4. demonstratur: in executionem a jure canonico dispositi, leges in eisdem titulis comprehensae, fere omnes, fuere publicatae: in eis agitur, de Sponsalibus; de Matrimonii, de utrisque clandestinis, de Conditionibus in spinet appositis, de Servorum Conjugiis, de Consanguinitate, & Affinitate, de Cognatione Spirituali, de Impotentia coeundi, de Accusationibus in matrimonium, & denique in tit. 10. de Divortijs; consistatur hic, & praeter alia, quae per inscriptiones praedictas titulorum in cognitionem veniunt, recognoscere convenit adnotatum lit. A. p. 136. col. 2. lit. D, pag. 59. pag. 93. 120. lit. H, pag. 21. lit. I, ex pag. 50. ad 78. & lit. M, ex pag. 27. ad 31. &c.)

144 Quod ait Auctor num. 55. & plur. sequentibus, contractis scilicet Sponsalibus, renuentem inice Matrimonium compelli posse ad illud inendum etiam per censuras, id non est absolute verum. Distinguere oportet virum inter, & mulierem. Si vir renuat, potest utique etiam per censuras compelli ad matrimonium inendum. Et de eo loquuntur textus in cap. Praeterea, & in c. Ex literis il secundo de Matrimon. At si renuat mulier, moneri ea debet, non item cogi etiam per censuras ad inendum Matrimonium, & de ipsa loquitur textus in cap. Requisivit 17. de Sponsalibus.

Et ita conciliando mox allegatos textus processit Rota, & signanter in Majoricen. Sponsalium 24. Aprilis 1746. §. 10. & in confirmatoria 16. Januarii 1747. §. 56. & sequenti coram Eminentiss. Bussio, & in Constantien. Sponsalium 26. Jun. 1748. §. 7. coram Eminentissimo Elephanutio, & 17. Januarii 1749. §. 4. cor. bon. mem. de Vais.

150 Non deest autem (ut recte inquit Rota in dict. Majoricen. Sponsalium 16. Jan. 1747. §. 7. coram Eminentiss. Bussio) causa, propter quam mitius in foemina, & acrius in masculum animadvertatur. Naturalis oppido imbecillitas levitatisque mulieribus non longe est, ut despectum censurarum facile pariat, magisque suspicari potest, ne foemina a fide, quam coacte sponso dicit, facili desiccat. Ceteroquin summum est inter virum & mulierem in hac materia discrimen; ut mulier si a sponsalibus declinet, nullum irroget praedjudicium viro, cui altera ad nubendum nunquam deficiet foemina. Sin vero a sponso mulier relinquatur, gravissimam ipsa nominali subit diminutionem.

151 Num post censuras possit vir praecise cogi ad Matrimonium inendum? Negat absolute Auctor n. 60. & duob. seq. At possunt esse casus, in quibus cogi praecise queat vir ad inendum Matrimonium. Talis meo judicio est, si quis puellam impraegnavit, & condemnatus est, ut eam aut ducat, aut certa summa definita dotet.

154 Quid si nihil in bonis habeat, aut determinatam quantitatem pecuniae solvere nequeat? Id sane videtur superesse, ut praecise cogatur ad inendum Matrimonium. Fluit hoc ex natura obligationis alternativae, in qua alterum absolute, & praecise debetur, si alterum ex alternativa praestari haud possit. Sine omni effectu foret sententia, si stuprator neutrum praestare vellet, nec satisfacere Justitiae, vel parique laesa. Hoc igitur casu admitti potest, ut vel invitatus ad Matrimonium inendum cogi vir possit, nec attendi defectus ejus reclamatio, quippe quae nullum producere effectum potest. Et ita usu servatum est a pluribus tribunalibus.

157 Ast sufficit mihi pro mea conclusione habere textus Canonicos, & Doctores ibi allegatos. Et quamvis textus in cap. Requisivit 17. de Sponsalibus loquatur de muliere dicendo; Respondemus, quod cum libera debeant esse Matrimonia, monenda est potius, quam cogenda, Ferrar. Biblioth. Tom. VIII.

cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere, ly potius tamen Glossa ibi secuta passim a Canonibus, & Doctoribus, tradit accipiendum esse pro prius, ibi Sed ex parte; potius monenda est, id est, prius monenda est, & postea cogenda. Accedit, quod textus cap. Praeterea 2. de Sponsalibus loquitur genericè de Sponsis, sive viris, sive mulieribus, ibi: Praeterea hi, qui de Matrimonio contrahendo pure, & sine omni conditione fidei dederunt commonendi sunt, & modis omnibus inducendi, ut praestitam fidem observent. & Eminentiss. Card. Cavalchini in causa Gallipolitana Sponsalium, eam exponens decidendam a Sacrae Congreg. Concilii, cujus tunc erat Eruditissimus, & practissimus Secretarius, de Lucretia Maniera renuente matrimonium contrahere cum Franco de Acugna, quacum prius sponsalia contraxerat, sic refert: Cumque ibidem Amittites Gallipolitanus, & Neritonensis iterum sententiam Lucretiae per seipos indagassent, eam invenere tam obfirmato animo in hoc rejiciendo Conjugio, ut nec etiam denuntiata anathematis poena dimoveri à sententia potuerit. En ibi agebatur de renuente muliere, & tamen fuit ei denuntiata anathematis poena. Tum quia ratio à Pontifice Lucio III. adducta in cit. cap. Requisivit 17. de Sponsalibus est ista: Cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere. Quae ratio nedum militat, cum cogitur mulier invitata ad ducendum inivisum virum, quam dum cogitur vir invitatus ad ducendam inivisam mulierem. Immo à fortiori, ex Sacra Scriptura, militat in coacto viro ad ducendam mulierem inivisam: Proverb. enim cap. 30. num. 21. ad 33. dicitur expresse: Per tria movebit terra... inter quae pro odiosam mulierem cum in Matrimonio fuerit assumpta. Terra autem non dicitur moveri pro odiosum virum, cum in Matrimonio fuerit assumptus. Hinc si adhibitis debitis monitionibus, & comminationibus, adhuc sponsus, vel sponsa renuat cum tali nubere non potest finaliter cogi ad nubendum, sed debet dimitti & absolvi, praesertim si advertatur magna animi aversio, ita ut ex tali futuro Matrimonio forent timendae perpetuae inimicitiae, jurgia, scandala, & alia similia gravia incommoda. Sic Rota part. 4. recentior. tom. 3. decis. 655. numer. 10. & 11. part. 16. decis. 145. num. 6. & abstinendum esse à coactione reluctantis sponsi, vel sponsae in similibus casibus, ac permittendas nuptias cum illa, censuit Sacrae Congreg. Concilii in Senogallien. Sponsalium 1. Septembris 1714. lib. 64. Decretor. pag. 345. & in Majoricen. Sponsalium 24. Aprilis 1723. lib. 73. Decretor. pag. 369. & in Gallipolitana Sponsalium 28. Februarii 1733. apud Thesaurium Resolution. Sacrae Congreg. Concil. in dict. Gallipolitana tom. 5. & Mediolanen. Sponsalium 13. Jul. 1725. lib. 75. Decretor. pag. 353. & in Neapolitana 17. April. 1728. lib. 78. Decretor. pag. 275. per quae omnia patet responsio ad ea, quae subiungit d. Additor ibid. n. 8. & seq. nempe num post censuras possit vir praecise cogi ad Matrimonium inendum. Ceterum non negaverim Ego sequendam esse Rotam in allegat. Majoric. & Constantien. Sponsalium, ubi concurrant ipsissimae circumstantiae ibi repertae.

SPONSI. SUMMARIUM.

- 1 Sponsus, & sponsa unde dicantur.
2 Conversaciones, & cohabitaciones sponzorum sunt ab Episcopis omnino prohibenda sub multa.
3 Sponsi divites in vicem conversantes pauperes non possunt, nisi multa infra duos duos ducatos, pauperes vero solis Paenitentiae salutaribus.
4 Quomodo cohabitatio sponzorum sit punibilis, Visitaciones tamen, & conversaciones praesertim in praesentia consanguineorum non sunt punibiles.
5 Sponsus an, & quomodo visitare possit sponsam in clausura Monialium existentem, remissive.
6 Sponsi, vel sponsae fornicatio cum alia, vel cum alio commissa, an addat malitiam injuriae distictam, &

*Et in Confessione necessario aperiendam, remissive.*  
 7 Omnes tactus, oscula, amplexus, turpiloquia, aspectus lascivi, & hujusmodi, que sunt inter sponsos cum delectatione sensibili venerea, morosa, & directe voluntaria, sunt peccata mortalia: Alia non sunt nisi venialia, & si pudice fiant ex recto sine secundum consuetudinem patrie, sunt licita.  
 8 Quando autem sponsi graviter peccent, vel non circa delectationem morosam de copula futura, & de dictis tactibus, osculis, amplexibus, &c. remissive.  
 9 Alia ad rem, remissive.

1 Sponsus, & sponsa unde dicantur, Vide verb. Sponsalia num. 1. Conversaciones, & commercia sponsorum ante contractum Matrimonium per verba de presenti, Episcopus impediatur omnino: Multas vero ob earum causam incuras applicet usibus piis, & interim deponat apud depositarium mulctarum; Sac. Congr. Episcop. in Nuceracen. 20. April. 1587. apud Nicol. in *Flacul. verb.* Matrimonium n. 8.

2 Sponsi divites invicem conversantes puniri non possunt, nisi multa infra duos ducatos. Pauperes vero solis penitentis salutibus, eadem Sac. Congr. Episcop. in Tarent. 27. Nov. 1594. & in Lyciensi 8. Julii 1596. apud eundem *ibid.*

3 Quamvis autem cohabitatio sponsorum ante contractum Matrimonium per verba de presenti punibilis sit; visitaciones tamen, & conversaciones, presertim in presentia consanguineorum, non sunt punibiles; eadem Sac. Congr. Episc. in Tranen. 25. Octobris 1588. in Casanen. 28. Aug. 1589. in Cosentina 15. Febr. 1636. apud eundem verb. *Sponsalia* n. 2.

4 Sponsus an, & quomodo visitare possit sponsam in clausura Monialium existentem? Vide verb. Moniales art. 1. a n. 30. ad 63. ubi plura ad rem de sponsalibus. & Matrimonio educandarum.

5 Sponsi, vel sponsæ fornicatio cum alia, vel cum alio commissa, constantibus validis sponsalibus, an addat malitiam injustitiae distinctam, & in Confessione necessario aperiendam? Vide verb. Luxuria n. 9.

6 Omnes tactus, oscula, amplexus, turpiloquia, aspectus lascivi, & hujusmodi, que sunt inter sponsos cum delectatione sensibili venerea, morosa, & directe voluntaria, sunt peccata mortalia; aliis non sunt, nisi venialia. Et si pudice fiant ex recto sine secundum consuetudinem patrie, sunt licita; Communis.

7 Id nimis periculosum est, ac vix casus esse poterit, in quo sola venialis culpa insit; tunc quia raro, aut fere nunquam in his abest delectatio venerea; tunc enim quia certum est periculo se se exponere hujus delectationis, quod periculum à gravi excusati non potest.

8 Ast si tactus, oscula, & hujusmodi fiant inter sponsos sine ulla delectatione sensibili, venerea, morosa, & directe voluntaria, ut loquor *ibi ego*, non sunt nisi venialia, ubi revera absit omnis delectatio sensibilis venerea, morosa & directe voluntaria; ubi autem ipsi ex sua personali conditione & proclivitate cognoscant sic se exponere periculo alicujus delectationis morosæ venereæ, certe tenentur sub gravi se abstinere ab ipsis. Conclusio autem mea procedit conditionate in casu, quo fiant sine ulla venerea morosa delectatione. Conditionale vero nihil ponit in esse, nisi purificata conditione, arg. §. sub conditione 4. *Institut. de verbor. obligationibus*, l. Hoc jure utimur 8. & *ibi addit. marg. ff. de verborum obligationibus*, l. Quia autem 6. §. final. ff. Si quis omnia causa testam. l. Unica §. Sin autem, cod. de Caducata tollend. cap. 1. §. final. de Sponsalibus in 6. *Clementin.* 1. de concessione, prebende. (Vid. lit. C, pag. 177. num. 45.) Eo vel maxime, quod num. seq. remitto lectorem ad ea quæ habentur sub verb. Delectatio morosa à num. 27. ad 29. ubi expresse dico: Cavendum est tamen, ne in istis osculis, tactibus, & amplexibus habeatur illa delectatio carnalis & sensibilis, quæ merito fuit damnata ab Alexandro VII. 18. Martii 1666. in propos. 40. in ordine, *ibi: Est probabilis opinio, que dicit, tantum esse veniale osculum ob delectationem carna-*

lem & sensibilem, que ex osculo oritur secluso periculo contentus ulcerioris, & pollutionis.

9 Quando autem sponsi graviter peccent, vel non, circa delectationem morosam de copula futura, & de dictis tactibus, osculis, amplexibus &c. Vid. verb. Delectatio morosa à n. 27. ad 29. & n. 32.

Alia ad rem. Vide verb. Impedimenta Matrimonii, 9 verb. Matrimonium, verb. Sponsalia, verb. Stuprator.

SPORTULÆ. Vide verb. Judex à n. 12. ad 46.

STELLIONATUS. Vide verb. Pœna art. 3. n. 204. & 205.

STIPES. Vide verb. Impedimenta Matrimonii art. 1. num. 28.

STOLA  
SUMMARIUM.

1 Stola delatio an importet jurisdictionem, ad n. 2.

2 Quoad ingressum Parochorum cum stola, & cruce elevata in ecclesiis Regularium, plures adducuntur sacrarum Congregationum hinc inde resolutiones, & pontificum constitutiones, cum Auctoris opinionem.

3 Capellani confraternitatum nequeunt deferre stola in processionibus, que sunt extra suarum confraternitatum ecclesias.

4 Stola deferre in processionibus, & funeribus, non competit Archiepiscopo Collegiati privative quoad alios Parochos.

5 Stola, & superpelliceum deferre sine licentia Parochi licet Archiepiscopo Collegiati in actu benedictionis danda infirmis in articulo mortis.

6 Parochi Civitatis possunt in publicis processionibus, in quibus intervenit Capitulum Cathedralis Sacris paramentis indutum, incedere cum Stola.

7 Regulares non possunt benedicere agros, & maledicere locustas cum stola sine licentia Parochi.

8 Sacerdotes accedere debent ad communionem cum Stolis albis à collo pendentibus; Et Diaconi cum Stolis albis Diaconalibus.

9 Stola Sacerdotalis quomodo gestanda à Sacerdotibus.

10 Stola Diaconalis quomodo gestanda à Diaconis.

11 Stola cur ab Episcopo non ducatur ante pectus ad formam Crucis.

12 Stola cur non antantur Romæ Concionatores.

13 Stola, & cruce elevata potest deferri processionaliter cadaver ad ecclesias Regularium per quascunque dioceses, & parochias, etiam irrequisitis earumdem Parochis.

14 Addit. ex aliena manu.

STOLÆ delationem esse signum proprie denotans jurisdictionem, & officium sacerdotale, tradit Glossa in l. unica verb. Fribulis, cod. Nulli licere; & facit textus in c. Cum sis 6. de Auctoritat. & usu pallii, ubi quod Archiepiscopus solum in ecclesiis sue Provinciæ pallio uti potest, secus extra; cap. Ex tuarum 5. eodem. Quod enim operatur pallium inter Episcopos, operatur Stola inter Sacerdotes; Theodosius Rubens Singularium p. 3. dec. in tit. de procedentis num. 64. Gratian. *discept.* 298. num. 75. Panimoll. p. 3. dec. 169. n. 31. & seq. Samuel de sepul. tract. 1. *disp. 3. controv. 7. num. 9. & disp. 4. controv. 12. num. 12.* Monacell. tom. 2. tit. 13. form. 1. n. 77. ubi expresse dicitur: Nam Stola delatio jurisdictionem importat. (Vid. lit. A, pag. 217. col. 1. in addit. nov. hisp. Recognoscere leges in ejus exordio notatis.)

Nullam autem importare jurisdictionem, si simpliciter deferatur sine ullo illius actuali exercitio, docet Pignatell. tom. 3. *consult.* 48. num. 50. expresse dicens, quod stola sine suo exercitio non est signum præcipuum jurisdictionis, sed vestis sacerdotalis; c. Ecclesiastica o-

dist. 23. &, ut tradit. S. Thomas 3. p. 7. Supplement. art. 7. in corpor. est habitus proprius Sacerdotis, & veluti forma totius ornatus Sacerdotalis; & deducitur ex Conc. Bracaren. III. cap. 3. & Toletan. IV. c. 39. Theodos. Rub. in ejus Respons. impress. apud Gratian. c. 298. num. 61. Panimoll. p. 3. dec. 179. num. 11. Rota in Sponon. *Aggregat.* 15. Junii 1699. §. Non obstat, coram Pio, ubi: " Non obstat, quod stola sit signum jurisdictionis, ideoque non concedenda simplici Sacerdoti &c. Quapropter aliud stola significat in Episcopo, aliud in simplici Sacerdote &c. Et propterea esse signum æquivocum, nec importare Jurisdictionem, nisi illam deferens expleat Parentalia." Et in Bissinean. *Præclementiarum* 27. Jan. 1727. §. final. coram Calcagnino; ubi quod delatio stolæ in actionibus non est signum jurisdictionale, sed duntaxat distinctivum Parochorum à ceteris Presbyteris; & sic etiam alibi sæpe sæpius, ut refert probando Scarfantonium ad Ceccoper. part. 3. *addit.* 39. sub num. 80. Et expresse declarat Benedictus XIII. const. *incipit.* Pretiosus §. Et ad tollendum, ubi: " Declinantes, & quatenus opus sit, decernentes, ac matura deliberatione mandantes, crucis erectiones, stolæ delationem, & ingressus in ecclesiis in omnibus, & singulis enumeratis, ac ceteris, quibuscumque similibus casibus, nullam penitus jurisdictionem importare, neque minimum in aliquo præjudicium culicumque irrogare, aut quomodocumque & quandocumque irrogari; & inferri posse."

De qua tamen vide dicta sub verb. Parochus art. 3. num. 57. ubi insuper adducuntur hinc inde plures sacrarum Congregationum resolutiones, & Pontificum constitutiones quoad ingressum Parochorum cum stola, & cruce elevata in ecclesiis Regularium; prout etiam plures hinc inde quoad hoc referuntur à Pignatelli. f. 3. *const.* 48. & ab Ursaya tom. 1. p. 2. *discept.* 14. & tom. 1. *discept.* 11. ubi in fine circa hanc diversitatem resolutionum adducit quod habet doctissimus Faber in *epist. ad Lector. sui codic. ubi: Idem plane Senatus, sed non iidem Senatores; quem sequuta est Rota decis. 183. in princip. coram Emeris Jun. & plures etiam alias hinc inde resolutiones adducit ipse cit. tom. 4. part. 3. discept. 6.*

Capellani confraternitatum nequeunt deferre stola in processionibus, quæ sunt extra suarum confraternitatum ecclesias, ut probant decreta congesta à Pignatelli. *tit. 9. consult.* 73. num. 21. & per viam legis generalis decrevit Sac. Congr. Rit. die 10. Dec. 1702. in *respons.* ad 23. *dub.* & Sac. Congr. Concil. in *Cremon.* die 23. Jan. 1706. ad X. *dub.* ubi orta controversia inter Capellanos confraternitatis Casalis Majoris aggregatæ archieconfraternit. Mortis, & Orationis Urbis, & Parochum dicti loci super delatione stolæ deferendæ per dictos Capellanos in functionibus, & processionibus, partibus informantibus, declaravit, eos extra oratorium confraternitatis stola deferre non debere, nec posse, non obstantibus decisionibus Rotæ in *Savonen.* *Aggregat.* 27. Junii 1698. coram Pio, & 15. Junii 1699. coram eodem, & 15. Jan. 1700. coram del. Olmo & 13. Junii 1701. coram Molines Decano, quæ afferbantur in summano confraternitatis: Sic refert Monacell. tom. 2. *tit.* 13. form. 1. num. 78. Et sic etiam eadem Sac. Congr. Concilii in *Novariem.* *Aggregat.* 24. Sept. 1718. ad 6. *dub.* apud Theaurum resolutionum Sac. Cong. Concilii tom. 1.

Stola deferre in processionibus, & funeribus non competere Archiepiscopo Collegiati privative quoad alios Parochos, respondit Sac. Cong. Conc. in *Derthonen.* *oppidi Novar. furium parochialium* 3. Dec. 1718. ad 11. *dub.*

Stola, & superpelliceum deferre sine licentia Parochi licet Archiepiscopo bythero collegiate in actu benedictionis in articulo mortis dante infirmis, ad quos accessit, respondit Sac. Congr. Concil. in *d. Derthonen.* ad 14. *dub.*

Parochi civitatis possunt in publicis processionibus, in quibus intervenit Capitulum cathedrali: sacris paramentis indutum, incedere cum stola; Sac. Rit. Cong. in-

Arimin. 24. Jan. 1728. apud Scarfantonium ad Ceccoper. p. 3. *addit.* 23. sub n. 5.

Regulares non possunt benedicere agros, & maledicere locustas cum Stola, sine Parochi licentia: Supplicante enim in Sac. Congregat. Concil. Procuratore Generali Cappuccinorum declarari: *Primo.* An Regulares dicti Ordinis, requisiti ab agrorum dominis, possint absque licentia Parochi, benedicere agros, & maledicere locustas, & bruchos, & ceteros hujusmodi vermes? Et quatenus affirmative. *Secundo.* An in hujusmodi functionibus peragendis uti possint Stola absque licentia Parochi? Sacra Congr. die 28. Augusti 1688. respondit ad utrumque Negative; Sic apud Monacell. loc. cit. n. 79.

Sacerdotes ad Communionem generalem in feria V. in cœna Domini accedere debent cum Stolis albis super cotta à collo pendentibus: Cæremonial. Episcopor. *lib. 2. cap. 29. §. 3.* Merati *tom. 1. part. 4. tit. 8. de feria V. in cœna Domini num. 7.* Et Diaconi ad ipsam accedere debent cum stolis diaconalibus albis; Merati *loc. cit. n. 3. & alii.*

Stola Sacerdotalis cum alba est aptanda, & gestanda in modum crucis, soluta vero, & pendens à collo hinc inde, si cum superpelliceo, vel pluviali, aut sine eo adhibeatur. Cum superpelliceo enim ligati in modum crucis non potest; Gavant. & Merati *tom. 1. p. 1. tit. 19. Rubrica 4. vers. Stola, & alii.*

Stola autem Diaconalis aptanda, & gestanda est à Diaconis ab humero sinistro pendens sub dextrum, quia ab ipsis fertur super uno tanto humero sinistro sub axillam dexteram connexa, ad distinctionem Sacerdotum, qui utroque humero eam portant, ut supra; fertur autem à sinistro humero ad latus dextrum ex *Conc. Bracaren. I. cap. 27.* ut ab activa vita laboriosa ad contemplativam suavem Diaconus transeat: Honorius in *Germania lib. 1. cap. 230.* Vel ut porter hic jugum Domini in sinistra, id est, in presentia vita, cum se quietis futuræ in dextera; Durand. *lib. 2. cap. 9.* quæ ratio valet etiam pro Sacerdote. Ceterum dextram Diaconi partem vult esse liberam ob ministerium altaris: Concil. Tolent. IV. *cap. 39.* Gavant. & Merati *loc. cit. Rubrica 7. vers. Diaconus cum Stola.*

Episcopus non ducit stola ante pectus in modum crucis, sed sinit hinc inde utrasque extremitates pendere; & antequam accipiat stola, accipit parvam cracem pectoralem: Sic Rubrica Missal. *part. 2. tit. 1. n. 4.* Et ideo non ducit stola in modum crucis, quia ante pectus gestat ejus loco cruceam pectoralem quam ante stola accipit, ut notat Innocentius III. c. 53. apud Gavant. Merati *tom. 1. part. 2. tit. 1. Rubrica 4.* ubi Merati notat, quod in recentibus Missalis Romani Rubricis, post illa verba: *Si Celebrans sit Episcopus,* adduntur hæc alia, vel *Abbas, ut supra,* ex quibus deducitur, quod non ducere stola in modum Crucis ante pectus, convenit etiam Abbatibus Pontificalium usum habentibus, præsertim quando Pontificaliter celebrant.

Stola super cotta non antantur Romæ Concionatores ob reverentiam Papæ, qui extra Sacramenta stola utitur; Gavant. & Merati *tom. 1. p. 2. tom. 6. Rubrica 6. vers. Orat. Romæ.*

Alia ad rem. Vide verb. Parochus art. 3. num. 36. ubi quod occasione funerationis cadaverum alterius diocesis, aut parochiæ in ecclesiis Regularium, potest proprius Parochus defuncti ad effectum defendendi processionaliter cadaver ad dictas ecclesias libere transire per quascunque dioceses, & Parochias stola, & cruce elevata, etiam irrequisitis eorumdem parochis: Sic expresse Sac. Congr. Episcopor. & Regular. in *Placentina* 24. Nov. 1713. ad 1. *dub.*

Delatio stolæ non semper est signum jurisdictionis. Si actus, in quo stola deferretur, sit indifferens, etiam actus indifferens est actus delationis ipsius stolæ. Contra si jurisdictionalis sit actus, in quo deferretur stola, signum jurisdictionis est actus ipsius delationis. Vide Rota in *Tranen. Præclementiarum super reseratis* 23. Junii 1723. *cor. bon. mem. Gamachor,* ubi & de usu hujus distinctionis in praxi.

STUPRATOR, STUPRUM.

- 1 Stuprum stricte, & proprie sumptum est violenta defloratio puellæ virginis, seu est concubitus cum puella virgine, ipsa invitata, seu per vim coacta. Sic in re Communis Doctorum. Ponitur autem ly violenta, seu ipsa invitata, seu per vim coacta, ut excludatur copula, in quam consentit virgo, quia talis copula, in quam consentit virgo, pertinet potius ad simplicem fornicationem, quam ad Stuprum stricte, & proprie sumptum; Communis.
- 2 Censetur vero virgo violenter, seu per vim coacta deflorari sic, ut ejus defloratio dicatur stuprum stricte, & proprie sumptum, quando vi, timore, dolo, fraude, aut ficta promissione Matrimonii, & hujusmodi decipitur, & inducitur ad copulam. Communis. Dicitur autem notanter in definitione puellæ virginis, seu cum puella virgine, ut excludatur concubitus etiam violentus corruptæ, seu illius, quæ antea habuerat copulam, quia ille violentus concubitus non est stuprum, cum non sit violatio integritatis virginalis; Communis.
- 3 Stuprum igitur est gravissimum, & speciale luxurie peccatum ob gravissimam injuriam, quam stuprator infert puellæ virgini, & ejus parentibus. Communis. Unde stuprator tenetur in foro conscientie aut illam ducere in uxorem, aut illam honeste dotare secundum sui possibilitatem, & viri prudentis arbitrio: Communis, arg. cap. pervenit 2. de adulter. & stupr.
- 4 Alia ad rem; Vide verb. Dos art. 2. à n. 14. ad 38. ubi late de omnibus.

SUBCOLLECTOR APOSTOLICUS.

SUMMARIUM.

- 1 SUBCOLLECTORES Cameræ Apostolicæ in causis spoliarum, & jurium præfatæ cameræ, exempti sunt à Jurisdictione Ordinariarum.
- 2 Subcollectores Apostolici tamquam prorsus exempti non comprehenduntur sub decreto Concilii sess. 6. de reform. cap. 4. & sess. 7. c. 1. & sess. 25. c. 6. de reform.
- 3 Subcollectores Apostolici non possunt visitari, nec corrigi ab Episcopo.
- 4 Subcollectores, & Commissarii spoliarum non comprehenduntur sub dispositione Ordinariarum, sed Nuntii Apostolici juxta eorum privilegia.
- 5 Subcollectorum privilegia non suffragantur illis, qui non resident in diocesi, cujus sunt deputati Subcollectores.
- 6 Immo Sacra Congregatio non probat, quod quis deputetur Subcollector in aliena diocesi.
- 7 Et sic deputati non sunt exempti ab Ordinario loci, ubi beneficium habent.
- 8 Subcollectorum spoliarum causæ ad Nuntium pertinent.
- 9 Subcollectores si non serviant amplius, subeunt Jurisdictioni Ordinarii.
- 10 Parochi, alique Beneficiati residentiales non debent deputari Subcollectores; & si deputantur, non sunt exempti quoad onera beneficii.
- 11 Unde Episcopus potest eos cogere ad residentiam, & ad solvendum puncturas.
- 12 Quod dictum est de Curatis intelligitur, etiam si sint Archidiaconi, vel Archiepiscopi, vel in alia dignitate constituti.
- 13 Potest Episcopus exequi suam sententiam latam contra suum Clericum, antequam esset Subcollector, vel etiam post, si antea inceptum fuerat Judicium.
- 14 Si Subcollectores administraverint redditus Capitulares, compelli possunt ab Ordinario ad reddendas rationes; sed si fuerint in fraude deprehensi, puniuntur à suo Judice.

- 15 Potest Episcopus cogere etiam Clericos subcollectores, ut Synodis intersint, & ad publicas processiones accedant.
- 16 Subcollector absque licentia Ordinarii alloquens Moniales potest excommunicari.
- 17 Subcollectoris delictorum saltem notiorum informationem potest capere Ordinarius, vel capi facere ad effectum transmittendi suis Superioribus.
- 18 Subcollectores subjecti sunt Episcopo quoad celebrationem missarum, & alias functiones ecclesiasticas; & quoad onera ipsis ratione beneficii incumbentia.
- 19 Non potest tamen Episcopus illos à divinis suspendere ob delicta occulta sicut ceteros subditos.
- 20 Subcollector spoliarum nequit percipere distributiones quotidianas, dum ratione officii Subcollectoris eorum non assistit.
- 21 Episcopus, si in sua diocesi omnes Canonici, vel eorum major pars prætextu officii Subcollectoris præterdant exemptionem à sua Jurisdictione, debet facere verbum cum Sanctissimis.
- 22 Subcollectores, & Commissarii pro locis exemptis, vel habitantes in civitate Episcopi subditi, non gaudent exemptione à Jurisdictione Ordinarii.
- 23 Submittuntur Supplementa Auctoris ad n. 44.
- 45 Addit. inseruntur.

Subcollectores Cameræ Apostolicæ, Advocati, Procuratores, Fiscales, & Notarii in causis spoliarum, & Jurium præfatæ Cameræ, eorum officio durante, sunt exempti à Jurisdictione Ordinariarum. Ex literis Pauli III. Pii IV. Gregorii XIII. & Sixti V. quarum meminit Joan. Anton. Novat. in Summ. Bullar. tit. de Subcollectoribus, & Barbosa in Summ. Apostolicæ. Decis. verb. Subcollector n. 1.

Subcollectores Apostolici tamquam prorsus exempti non comprehenduntur sub decreto Concilii Tridentini sess. 6. de reform. cap. 4. & sess. 7. cap. 1. & sess. 25. cap. 6. de reform. Sacr. Congr. Concil. penes Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. glossa 8. num. 81. & 82. & Barbosa loc. cit.

Subcollectores Apostolici non possunt visitari, nec corrigi ab Episcopo. Sacr. Cong. Concil. in Senogallien. 17. Jul. 1590. apud Barbosam loc. cit. n. 5.

Subcollectores, vel Commissarii spoliarum non comprehenduntur sub dispositione Ordinariarum, sed Nuntii Apostolici, juxta eorum privilegia. Sac. Cong. Concil. apud Barbosam loc. cit. n. 6.

Subcollectorum privilegia non suffragantur illis, qui non resident in diocesi, cujus sunt Deputati Subcollectores; Sacr. Congr. Episcop. in Pistorien. 9. Febr. 1624. apud Nicol. in Florcular. verb. Subcollector n. 1.

Immo Sacra Congregatio non probat, quod quis deputetur Subcollector in aliena diocesi. Eadem Sacra Congreg. in Pistorien. 9. Septembris 1625. apud eundem loc. cit. num. 1. Et sic Deputati non sunt exempti ab Ordinario loci, ubi Beneficium habent. Eadem Sacra Congr. in Venafren. 8. Decemb. 1654. apud eundem ibi. sub n. 1.

Subcollectorum spoliarum causæ ad Nuntium pertinent. Sacra Congregat. Episcop. 14. Decemb. 1619. apud Gavant. in Manual. Episcop. verb. Spolia Clericorum n. 14.

Subcollectores Cameræ Apostolicæ, si non serviant amplius, sub Ordinario sunt. Sacr. Congr. Episcop. 1. Octobr. 1602. apud Gavant. loc. cit. verb. Exempti n. 9. & Sacr. Congr. Concil. 14. Aprilis 1646. quæ apud Nicol. loc. cit. n. 4. expresse censuit, quod Subcollectores amoti, vel amplius non servientes, non gaudeant exemptione ab Ordinarii Jurisdictione.

Curam animarum, vel aliud servitium ecclesiasticum personalem residentiam requirit obtinentes, non debent deputari Subcollectores; & si deputantur, non sunt exempti quoad onera beneficii: Sacr. Congr. Episcop. in Arculana 19. Aprilis 1606. & in Aceran. 23. Maji 1614. apud Nicol. loc. cit. n. 2. Et quod Subcollector non excusetur à residentia parochiali, decrevit etiam Sa-

47

DECRETUM

Sacræ Congregationis Concilii circa Subcollectores latum die 27. Februarii 1677.

Die 27 Februarii 1677. Sacr. Congreg. EE. S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad occurrendum controversiis, ac querimoniis circa Subcollectores spoliarum, aliosque Commissarios Cameræ Apostolicæ, præsertim regni Neapolitani, ad eandem Sacram Congreg. delatis salubriter intenta, auctoritate etiam à s. mem. Clemente XI. & Sanctissimo D. N. Innocentio XI. tributa, prævia matura consultatione, & statuit, ac decrevit, ut imposterum in singulis infrascriptis diocesisibus, videlicet: Aquien. Acerarum, Aliphana, Avellin. Asculana in Piceno, Asculana in Apulia, Atrien. Bisacciarum, Biteton. Cirundina, Brundusina, Bellicastro. Boven. Carinolen. Calven. Cajacen. Casertan. Campanien. Capritan. Conversan. Cotrone. Castellanen. Civitatis Ducalis, Campellan. Cariaten. Fundana, Frigentim. Guardien. Gravinnen. Gallipolitan. Isclan. Insulan. Juvenacen. Litteren. Lavellen. Laquedonien. Motulen. Massalubren. Marturanen. Minerbinen. Menopolitan. Melphiten. Minore. Marsicen. Montis Marani, Montis Pelusii, Melphien. Murana, Nuscana, Nicoteren. Nucerna, Ostunnen. Orican. Oronen. Pennen. Rapellan. Polignaneni. Ravellen. Ruben. Rossanen. Puzolan. Reatina, Surrentina, Suessana, S. Agathæ, Satrianen. Stabien. & Castri Maris, Sarnen. S. Severi, S. Angeli Lombardorum, Trojan. Teanen. Thelesina, Trivicana, Tranen. Ugentin. Umbriaticen. Vicen. Vulturarien. Vestanen. Venusina, Valven. Vigilien. Venafrana.

Et in singulis præter infrascriptis locis exemptis, seu nullius diocesis, videlicet: Canusii, Cerignolæ, Casalis novi, Cetrani, Centolæ, Castri S. Laurentii, Castellan. Carbonarien. Brosii, Fasan. Montis Virginis, Montis Casini, Marubii, Putignani, Rutiliani, S. Stephani de Nemore, Sanctissimæ Trinitatis Caveni, S. Angeli ad Fasanell. S. Vincentii de Vulturno, Teroliti, & aliis, in quibus fortasse hæctenus Subcollectores deputari solitum fuit, unicuique Subcollector.

In sequentibus vero, scilicet: Aprutina; Aversana; Arianen. Amalphitan. Alexanen. Aquilana, Baren. Bojanen. Bovinen. Bisinianen. Caven. Capuana, Compsanen. Cathacen, Hieracen, Hydruntina; Isernien. Larinen. Lycien. Marsorum; Nolan. Neritonen. Neocastren. Oppiden. Policastren. Potentin. Reginen. Sorana, Sympontina, Sulmonen. Squillacen. S. Severinæ, S. Marini, Theatina, Termularum, Triventin. Tarentin. Tricaricen. & Tropien. duo tantum.

In sequentibus, nimirum: Acherutin. & Materanen. unicuique, in Anglonen. Beneventan. Consentin. Caputaquen. Cassanen. Mileten. & Salernitan. non plus quam tres, & in Neapolitana decem Subcollectores, & non ultra, respectivo deputentur, & exerceant.

Ad evitandam autem confusionem remisit arbitrio Nuntii dividere, & assignare cuilibet subcollectorii partem diocesis, seu loca, intra quorum limites deberet in exercitio se continere.

Et ne semel in Subcollectores deputati necessarium inducant multiplicandi alios Subcollectores renuntiando officium, licet possint in eo continuare, & idem vel sint, declaravit, nullum Subcollectorem post renuntiationem officium gaudere exemptione ab Ordinario, nisi laudabiliter exercuerit saltem per duodecim annos.

Eos vero, qui in officio, aut aliis ita deliquisse reperi fuerint, ut à Nuntio amoveantur, & alii eorum loco deputentur, nullatenus exemptione hujusmodi gaudere; & contra illos, qui probe ac fideliter se gesserint, velintque in officio continuare, confirmandos esse à Nuntio; nec alios eorum loco deputari posse.

Præterea, attenta Subcollectorum hujusmodi multitudine, & causa à san. mem. Urbano VIII. in sua

- Sacræ Congr. Concilii apud Barbosam loc. cit. num. 3. (Lit. C, pag. 67. & lit. J, p. 351. in add. hisp. cum lege etiam 2. titul. 12. pag. 1. libi: Pero si algunos monesterios...)
- 11 Unde Episcopus cogere potest eos ad residentiam, & ad solvendum puncturas. Sacr. Congr. Episcop. in Marsican. 20. Jun. 1614. & in Avellina 12. Maii 1617. Et quod dictum est de Curatis, intelligitur etiam si sint Archidiaconi, vel Archiepiscopi, vel in alia dignitate constituti. Eadem Sacra Congr. Episcop. in Neapolitana unius Motule 23. Augusti 1652. apud Nicol. loc. cit. num. 3.
- 12 Potest Episcopus exequi suam sententiam latam contra suum Clericum, antequam esset Subcollector, vel etiam post, si antea fuerat inceptum Judicium. Sacra Congr. Episcop. in Polycastren. 12. Maii 1617. in Squillacen. 30. Maii 1626. & in Hyeracens. 24. Martii 1628. apud Nicol. loc. cit. num. 7.
- 13 Si Subcollectores administraverint redditus Capitulares, compelli possunt ab Ordinario ad reddendas rationes, sed si fuerint in fraude deprehensi, puniuntur à suo Judice. Eadem Sac. Congr. Episcop. 8. Junii 1646. apud eundem loc. cit. num. 6.
- 14 Potest Episcopus cogere etiam Clericos Subcollectores, ut synodis intersint, & ad publicas processiones accedant. Sac. Cong. Concil. in Cajacen. 21. Martii 1654. apud Pignatell. tom. 1. consult. 379.
- 15 Subcollector absque Ordinarii licentia alloquens Moniales potest excommunicari. Sacra Congr. Concil. in Hipporegien. 13. Maii 1628. apud Barbosam loc. cit. num. 7. & Tambur. de Jure Abbatissar. disp. 25. quest. 4. num. 6.
- 16 Subcollectoris delictorum saltem notiorum informationem potest capere Ordinarius, vel capi facere ad effectum transmittendi suis Superioribus. Eadem Sacra Congr. Concil. in Hipporegien. 3. Maii 1628.
- 17 Subcollectores subjecti sunt Episcopo quoad celebrationem missarum, & alias functiones ecclesiasticas, & quoad onera ipsis ratione Beneficii incumbentia. Sac. Congr. Concil. 24. Maii 1664. apud Monacell. tom. 4. supplen. ad III. tom. n. 87.
- 18 Non potest tamen Episcopus illos à divinis suspendere ob delicta occulta, sicut ceteros subditos; Sac. Cong. Concil. in Vercellen. 24. Novemb. 1631. apud Monacell. loc. cit. n. 88.
- 19 Subcollector spoliarum nequit percipere distributiones quotidianas, dum ratione officii Subcollectoris choro non assistit; Sac. Cong. Concil. in Casanen. 9. Febr. 1647. ad cap. 12. sess. 24. de reform. & pluries alibi, teste Pignatell. tom. 1. consult. 327.
- 20 Episcopus, si in sua diocesi omnes Canonici, vel eorum major pars prætextu officii subcollectoris præterdant exemptionem à sua Jurisdictione, debet facere verbum cum Sanctissimo; Sacr. Congr. Concil. in Anagnina 16. Novemb. 1651. ad c. 10. sess. 24. de reform. apud Pignatell. consult. 389.
- 21 Subcollectores, & Commissarii pro locis exemptis, sed habitantes in civitate Episcopi subditi, non gaudent exemptione à Jurisdictione Ordinarii; Sacra Congregat. Concilii in Caputaquen. 14. Martii 1722. Sic refert Ursaya in Miscellano 1. sacro, & profano, liter. S, num. 246.
- 22 Subcollectores Apostolici sunt quidem exempti à Jurisdictione Ordinarii, ut liquet ex constitutione 40. Gregorii XIII. tom. 4. part. 3. Bullar. nov. pag. 293. & constitutione 7. Urban. VIII. tom. 4. & ex jam allatissuperius; sed cum multis limitationibus, nempe quod non obstantibus suis privilegiis adhuc subdantur Jurisdictioni Ordinarii in rebus respicientibus aut curam animarum, si quam exerceant, aut servitium ecclesie, si canonicatum, aliudve beneficium possideant, & in pluribus aliis, ut patet in sequenti decreto Sacre Congregationis Concilii, approbante sanctæ memoriæ Innocentio XI. edito; quod ad uberiorem notitiam hic ad literam datur una cum suis declarationibus, seu additionibus emanatis à Congregatione particulari deputata à Benedicto XIII. 23. Maii 1725.

constit. 35. considerata, concedendi illis exemptionem, censuit expedire, ut Sanctissimus declaret, ita esse intelligendam dictam constitutionem ut Subcollector res, terminato officio, non gaudeant amplius exemptione, defuncto, vel aliis deficiente Ordinario, in cuius tempore exercebant. Sicuti etiam declaravit, illos qui licet in Subcollectores deputati fuerint, numquam exerceant, minime gaudere; nec pariter illos qui non resident in diocesi pro qua sunt deputati, & Ordinarium certiorare debere Sac. Congr. de dicta non residentia, ejusque provisionem expectare.

Generaliter vero Subcollectoribus exemptionem ab Ordinario in civilibus non suffragari, nisi adesset in diocesi, Index à Nuntio deputatus, qui habeat tantummodo facultatem in causis passivis, & nullo privilegio, aut exemptione gaudeat.

Quod vero attinet ad Substitutos, & Officiales Subcollectorum, declaravit, dd. substitutos non gaudere exemptione, illam tantum concedendam esse uni tantum Notario pro quolibet Subcollectore in actu exercitii, & quoad Commissarios super illicitis negotiationibus, aut ad alias causas spolioles deputatos non gaudere exemptione, nisi in actu exercitii, & utam Commissarios hujusmodi quàm Subcollectores, quando procedunt contra denunciatos, vel alios inquisitos de illicitis negotiationibus, si ex processu informativo constet de eorum innocentia, non posse illos cogere ad expensas ejusdem processus, & decreti absolutorii.

Et quod majoris momenti est, ne prætextu hujusmodi officii cura animarum, servitium ecclesie, ac divini cultus, morumque honestas detrimentum patiantur, declaravit, Parochos in Subcollectores, aut Commissarios ad quascumque causas particulares non posse deputandos, sicuti nec Penitentiarium, nec Theologum. Quod si post deputationem de aliqua parochiali, aut penitentiaria, vel theologali præbendis fuerint fortasse provisus, tunc minime gaudere exemptione in concernentibus curam animarum, & respectu adimplementum onerum ipsarum præbendarum, & eadem ratione non gaudere Canonicos, & alios beneficiatos Subcollectores in concernentibus servitium ecclesie, & adimplementum onerum ipsorum canonicatum, & beneficiorum, nec lucrari distributiones quotidianas, si non inseriant. Insuper teneri ratione beneficiorum, quæ obtinent, ad publicas processiones accedere, solvere cathedralium, & subsidium caritativum, & interesse synodo, ac visitationi, non tamen pluries, quàm semel in anno. Posse vero solummodo cogi ab Ordinario ad exequendam visitationem in illis, quæ respiciunt cultum divinum, ipsamque Ordinarium posse procedere contra Subcollectores accedentes sine ejus licentia ad monasteria Monialium, aut non servantes præceptum Communionis Paschalis, & contra percutientes Presbyterum, vel Clericum posse procedere ad declaratoria excommunicationis. ex c.

Si quis suadente, & si quando reperiret aliquem subcollectorem in publico concubinarum vivere, certiorare debere eandem Sac. Congr. ac ipsum Nuntium, cuius partes erunt severe eos punire, ac privare officio. Posse tamen eundem Ordinarium carceribus mancipare ad Superiorum dispositionem retinendos, subcollectores deprehensos in fragranti crimine, quod meretur poenam corporalem, non tamen minorem incarcerationem, dummodo statim de incarceratione Nuntium certioraret.

Item administratores locorum piorum in subcollectoribus deputatos subesse Ordinario quoad redditionem rationum administrationis: nec posse subcollectores à casibus Episcopo reservatis absolvi absque illius licentia, & nullum inquisitum posse à Nuntio in subcollectorem deputari, nisi de ejus absolutione consulerit.

Ut autem sciant Ordinarii quos in subcollectores aut commissarios debeant recognoscere, declaravit, subcollectores teneri ostendere Ordinariis suas commissiones, antequam illas exequantur: Commissarios

vero particulares teneri, vel per literas patentes, vel privatias sui Superioris, aut alio modo certiorare Ordinarium de demandata jurisdictione.

Demum quatenus supradictæ declarationes, vel alique illarum futuris temporibus non observentur, Sacra Congregatio voluit, incumbere locorum Ordinariis, ut pro eorum zelo, & pastoralis sollicitudine quæcumque secus audierint, huic S. Sedi fideliter referant pro opportuna provisione obtinenda.

Et die 16. ejusdem facta de præmissis omnibus relatione eidem Sanctissimo D. N. Innocentio XI. Sanctitas sua declaravit, præcitam constitutionem felice. Urbani VIII. esse intelligendam juxta prædictam Sac. Congr. sententiam, & præsens decretum, omniaque, & singula in eo contenta approbavit, & confirmavit, inconcusse, ac inviolabiliter observari, & exequi mandavit, salva tamen semper ejusdem Sac. Congregat. auctoritate omniaque, & singula præfata declarandi, moderandi, & ampliandi, & in totum, vel in parte annullandi, & interpretandi.

Voluit tamen Sanctitas sua, quod præsentis decreto, restricto ad Collectores, & Subcollectores spolioles regni Neapolitani, pro Nuntium Apostolicum deputatos, sive deputandos, derogatum, sive præjudicatum minime censetur reservationibus, & affectionibus beneficiorum eorumdem Collectorum, & Subcollectorum resultantibus ex Regulis Cancellariæ Apostolicæ.

Ita reperitur in regesto S. C. C. & in fidem &c.

Prosper. Archiep. Theodosiæ Secr.

Sequuntur aliquæ supra relati decreti declarationes, seu additiones, emanatæ à Congregatione particulari, deputata in Concilio Romano à SS. D. N. sub die 23. Maii 1725.

Primo: quod in hac parte, scilicet in §. Et quod majoris momenti, in quo decretum ejusdem Congregationis Concilii loquitur de Subcollectoribus, qui obtinuerunt postmodum parochias, vel præbendam theologalem, seu Penitentialem, amplius decretum ipsum, & eidem addatur, prout nova hæc declaratio additur, quod tunc Subcollectorum officia illico cessent, & Theaurarius, vel Nuntius Apostolicus alium deputare teneatur.

Secundo. Non posse Theaurarium Generalem, & Nuntios in quacumque diocesi, etiam extra statum ecclesiasticum, literas patentes Subcollectoribus in futurum concedere, nisi eis attestatio exhibeatur curie episcopalis, in qua de ipsorum bona vita, & moribus, ac eisdem nec inquisitos, nec processatos esse, testimonium feratur; quam attestacionem Theaurarius & Nuntius in actis conservare teneantur, aliis patentales literæ, quæcumque alio modo concessæ, & expeditæ, nulle sint, & invalidæ, ita ut contra istas procedere possit Episcopus Ordinarius.

F. A. Archiep. Episc. Abellinæ. & Frequentinæ. Concil. Secret.

Subcollector non nisi unus pro quolibet diocesi deputari potest, & si plures deputentur, quamvis unus dicatur deputatus pro diocesi, alter pro loco exempto intra diocesim existente, hic postremus nulla gaudet exemptione. Cum enim in diocesi Bituntina tres olim reperirentur subcollectores, unus videlicet pro ipsa civitate, & diocesi Bituntina, alter pro Abbazia Nullius Fasani, & tertius pro loco Nullius Rutiliani, & Episcopus Bituntinus die 4. Maii 1697. Sac. Congr. Concil. quævisisset, An Subcollectores deputati pro jurisdictione Fasani, & Rutiliani, & commorantes Bituntini, aliqua in dicto loco gauderent exemptione? Responsum fuit, Non gaudere, & Episcopus procedere posse in futurum, ut habetur lib. 47. Decret. fol. 185. Atque Episcopo Caputaquensi similem quæstionem proponenti in Congregatione habita die 14. Martii 1722. rescriptum fuit, ut servaretur prædictum decretum in Bituntina. Sic Benedictus XIV. qui tunc temporis erat Secretarius ejusdem Congregationis, de Synodo Diocesana lib. 3. cap. 3.

Attentis, quæ sursum referuntur (1) Sub-Collectoris facultas hisce dominiis exolevit. (1) Vide verb. Spolium.

Attentis, quæ sursum referuntur (1) Sub-Collectoris facultas hisce dominiis exolevit. (1) Vide verb. Spolium.

Attentis, quæ sursum referuntur (1) Sub-Collectoris facultas hisce dominiis exolevit. (1) Vide verb. Spolium.

Attentis, quæ sursum referuntur (1) Sub-Collectoris facultas hisce dominiis exolevit. (1) Vide verb. Spolium.

Attentis, quæ sursum referuntur (1) Sub-Collectoris facultas hisce dominiis exolevit. (1) Vide verb. Spolium.

Attentis, quæ sursum referuntur (1) Sub-Collectoris facultas hisce dominiis exolevit. (1) Vide verb. Spolium.

7. & reperitur in tit. 2. Thest. Resolution. dicti anni. Subcollectores tenentur interesse synodo diocesana, processionibus, & visitationi, ac solvere cathedralium, & subsidium charitativum. Sacra Congreg. Concil. 21. Martii 1614. & 27. Februarii 1677. in supra allato decreto approbato ab Innocentio XI. Non adnumerantur Sedis Apostolicæ Officialibus, de quibus loquitur Textus in cap. Mathæus de hæreticis, & in cap. Divina in eminenti, de privilegiis, inter Extravagant. Commun. Sic expresse declaravit Sac. Congr. Conc. die 26. Maji 1682. quæ ad dubium. An subcollectores spolioles pro R. Camera Apostolica recenseri debeant inter Officiales, de quibus loquitur ipsæ Extravagantes ad effectum præmissum? Respondit Negative, & die 20. Junii ejusdem anni, perstitit in decisio, sicuti etiam respondit de Prototonariis non participantibus. Veri enim Officiales Sedis Apostolicæ, de quibus loquitur citati textus, alioris sunt gradus, atque ad graviora procuranda negotia destinati, ut scite dicit Benedictus XIV. aliis allegatis loc. cit. num. 8.

Deputantur Subcollectores spolioles, vel à Nuntio Apostolico, ut ex const. Greg. XIII. in ord. la 25. tit. 2. & Urb. VIII. la 147. tit. 4. vel à Cardinali Camerario, & à Theaurario Generali, juxta constit. ejusdem Urbani la 160. §. 9. tit. 5. & Alexand. VIII. la 190. §. 11. tit. 7.

In subcollectores autem non possunt deputari, nisi illi qui de legitimo matrimonio nati sunt, ut rescripsit S. Congr. Conc. interpres in Bituntina 4. Maji 1697. SUBDIACONATUS. Vide verb. Ordo art. 1. à n. 40. ad 42.

SUBORNATIO. Vide verb. Poena art. 2. num. 20. & 109.

SUBREPTIO. Vide verb. Rescriptum à num. 27. ad num. 33.

## SUBSIDIUM CHARITATIVUM.

## SUMMARIUM.

- Subsidium charitativum quare sic appelletur.
- Subsidium charitativum quid sit.
- Subsidium charitativum ex manifesta, & rationabili causa præter Papam possunt in suis diocesis exigere Episcopi, Archiepiscopi, Primate, Patriarchæ, &c.
- Subsidium charitativum exigere potest Episcopus electus, & confirmatus, licet nondum consecratus.
- Administrator, seu Coadjutor datus Episcopo per Papam, vel Ecclesie cathedrali vacanti, potest à subditis illius ecclesie exigere charitativum subsidium.
- Capitulum, Sede episcopali vacante, potest exigere charitativum subsidium.
- Cardinales illud exigere possunt in ecclesiis suorum Titulorum.
- Legatus Papa illud exigere potest ad ecclesiis provincie sibi delegata.
- Generalis totius Ordinis Regularis potest illud exigere à monasteriis sui Ordinis pro sumptibus necessariis ad gubernationem Ordinis, si aliunde non habeat bona sufficientia ad id destinata.
- Commendatarius perpetuus ecclesie cathedralis potest illud exigere ad ecclesiis subiectis.
- Prelati Episcopo inferiores an illud exigere possint.
- Vicarius Generalis Episcopi illud exigere nequit, nisi de speciali mandato Episcopi.
- Patriarchæ, Primate, & Archiepiscopi nequeunt illud exigere in diocesis suorum suffraganeorum, nisi id eis alicubi competeret ex legitima consuetudine.
- Episcopi, alique supradicti possunt etiam per censuram

ras compellere ad illud sibi præstandum Clericos re-nuentes.

Ad hoc ut Episcopus, vel alius possit illud exigere, debet intervenire manifesta, & rationabilis causa necessitatis.

Quæ dicitur manifesta, & rationabilis causa necessitatis, relinquatur arbitrio Episcopi una cum consensu, vel saltem consilio Capituli, quod Episcopus tenetur requirere.

Quid agendum? Si dubium, & controversia sit inter Capitulum, & Episcopum an subsit sufficiens causa illud exigendi, vel quantitas petita sit nimia, & excessiva.

Arrignantur in specie rationabiles, & manifesta cause sufficientes ad illud exigendum.

Prædicte tamen cause sunt solummodo sufficientes in casu, quo Episcopi redditus ad satisfaciendum eis non sufficientes.

Episcopus enim, qui habet congruum pinguem, quæ excedat taxam à Concilio præscriptam, non potest illud exigere.

Quantitas subsidii charitativi cum non sit à jure definita, determinari potest, & debet ab Episcopo cum consilio Capituli juxta exigentiam circumstantiarum necessitatis, expensarum, reddituum, & hujusmodi.

Debet tamen ab Episcopo semper taxari, & exigi subsidium moderatum.

Hodie tamen debet servari taxa solita exigi à quadraginta annis retro.

Et ad Subsidii contributionem majorem solito nullus cogi debet.

Nec subsidium charitativum debet excedere expensas factas in Bullis expediendis.

De jure communi non tantum semel, sed etiam pluries potest illud exigi.

Jure tamen novo Taxa Innocentiana exigi potest solum unica vice in primo ingressu Episcopi.

Nec potest exigi, ubi id non est solitum.

Ad solvendum subsidium charitativum tenentur soli Clerici Beneficiati, & nomine Clerici benefici carentes, & laici.

Afferunt, & solvunt instantia.

Ad illud solvendum tenentur non solum simplices Clerici Beneficiati, sed etiam Canonici omnes etiam Cathedralis.

Non tenentur tamen Canonici solvere tale subsidium de distributionibus quotidianis, & de oblationibus, & mortuoriis.

Hospitalia, si titulum Beneficii habeant, aut fundata sint auctoritate Ordinarii, quamvis non habeant titulum beneficii, tenentur illud solvere.

Monasteria, & eorum ecclesie Regularæ non tenentur solvere subsidium charitativum.

A Monialibus non potest Episcopus aliquid subsidii charitativi nomine exigere, aut recipere.

Tenentur tamen monasteria Regularia illud solvere ratione Secularium, si quas tales habent.

Clerici Beneficiati pauperes non tenentur illud solvere.

Fratres S. Joannis Hierosolymitanis, sive eorum Vicarii non tenentur illud solvere.

Cardinales non tenentur illud solvere pro suis beneficiis.

Tenentur tamen illud solvere eorum Familiares, & alii Curiales, etiam Papæ Familiares, nisi aliter sit legitima consuetudine introductum.

Successor in beneficii compelli potest ad solvendum illud quod ejus antecessor non solvit.

Clericus Beneficiatus habitans in una diocesi, & habens beneficium in alia, tenetur illud solvere soli illi Episcopo, in cujus diocesi beneficium habet beneficium.

Et si beneficium, seu ecclesia Beneficiatis sita sit in una diocesi, & habeat prædia, seu redditus in aliis, tenetur illud solvere Episcopo diocesis sue ecclesie.

Quid,

Attentis, quæ sursum referuntur (1) Sub-Collectoris facultas hisce dominiis exolevit.

(1) Vide verb. Spolium.